בק״ק

PROOEMIUM.

ACcentuum Hebraicorum uſum aliquot Scr. S. Veteris Teſtamenti dictis comprobaturi, difficilem illam & prolixiſſimam de origine eorundem controverſiam non ingrediemur: quippe quæ intra eam, quam nobis propoſuimus brevitatem, concludi non poteſt. Ejusdem illos cum vocalibus auctoritatis eſſe agnoſcunt Philologi tantum non omnes, & docere hoc poterat vel ſola vocalium ob Accentus frequentiſſima mutatio. Nec eorum adſtipulamur ſenſententiæ, qui admiſſa vocalium inviolabili auctoritate, accentibus tamen omnem omnino eunt detractum. Rationes enim pro hac ſtatuminanda opinione nondum vidimus allatas, & dicta quibus B. Hackſpan. not. phil. Theol. paſſim. Thilo in Medull. Theol. V. T. ad Gen. 14. 18. ex Pruckn. (in quem etiam locum conf. duriora